

Variarum, cap. 16. n. 1. ubi plures auctores refert, & Io. Orosc. ubi sup. n. 9. dicit communem idem Orosc. in l. penult. nu. 18. de pact. communem dicit Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 83. testatur communem plures referens supermi Regalis consilij Senator dominus Ant. de Padilla in l. voluntas, n. 18. C. de fideicommissis.

51 Quod sublimitat t eleganter Bald. in aubent. ei qui iurat, nu. 40. C. de bon. auct. iudic. possid. praterquam si ex mente contrahentium, vel legis, constet contrarium, ut puta, si in prohibitione fiat mentio pretij, nam tunc refertur tantum ad venditionem, non vero ad locationem ad longum tempus: Cujus limitationem approbat Tirac. ubi sup. n. 8. z. referendo plures,

52 ex t quibus constat, satis esse hanc opinionem communem. Secundo modo limitari debet communis opinio supradicta, quando locatio, etiam ad modicum tempus, fieret cum pacto renouationis, ita vt fiat ad nouennium, & postea finito nouennio, incipiat aliud nouennium: Quia cum huiusmodi locatio fit in fraudem pacti iniri a principio, merito quod non valeat, ita tenet Addition. Bart. ubi supra, alios allegans, & sequitur ibi Iaf. n. 7. & Ioan. Orosc. n. 10. ubi Paul. nu. 4. alio modo limitat illud de pignore, & est pro hac opinione optimus text. in Authen. de non alienand. aut permittan. reb. eccles. §. quod autem, vers. nec illud, collat. 2. §. V.

53 bi Angel. t illum text. inducit ad locationes rerum minorum factas per tutores ad nouem annos, ita vt finito nouennio, res iterum conducta videatur: Hæ quidem locationes minime valeant, quia fit fraus, & generaliter ad omnes res prohibitas alienari, text. illum allegat Dominus meus ubi sup. n. 9. post Pinell. quem refert, & hanc testatur communem opin. Couar. ubi sup. n. 19. ubi allegat d. text. & idem dicit in locatione rerum Eccles. quæ fieri non potest ultra triennium. Tertio limitatur, t quando res daretur pignori potentiori, a quo non facile res recuperari possit: tunc enim, stante prædicto pacto non valeret pignoris constitutis: ita tenet Additio. Paul. de Castr. ubi supra, n. 4. & innuit esse communem opinionem, plures allegans Ioannes Oroscius ibi n. 11. §. Cautele t ergo erit optima, ad hoc, vt huiusmodi creditor, in cuius fauorem est appositum pactum de non alienando, sit securus, vt pactum quoque fiat de non locando, nec pignori dando, vel alium quemcunque contractum faciendo, etiam si res non exeat de eius manibus: quod quidem valebit a fortiori, cum valeat illud, per quod dominij translatio impeditur, quod magis est. Et hoc est summe notandum, nam nullus sic in terminis declarat, & est verissimum per omnia supradicta. ¶ Item t adde, quod erit optimum, vt prædictum pactum hanc quoque conditionem contineat, vt neque possessio transeat in aliquem, si debitor de facto alienauerit, sed quod remaneat penes ipsum: Nam si hoc non dicatur, & res alienetur, licet non transeat dominium, transit quidem possessio naturalis secundum Ant. Gom. in l. 4. §. Taur. n. 26. licet ejus opinionem faciant, quæ tradit Auend. respons. 12. num. 9.

54

55

56

57

nal. ubi: Quia generalis fuit ista determinatio, ff. de testam. milit. & quod per manus tradi solet, lege non distinguente, nec nos distinguere debere, l. non distinguemus, in princ. ff. de arbit. l. de pretio ff. de Publican. in rem actio. Et potest his tertia adungi ratio, vt credamus, text. illum & in generali hypotheca locum habere. Nam qui sibi prouidet generali hypotheca, ideo facit, vt sibi magis consultum sit, quam specialem duntaxat: inductum autem ad augmentum, non debet operari diminutionem, vt in l. quod fauore, C. de legib. text. in sui ratione in l. creditor qui non idoneum pignus, ff. de cert. per. l. cum alijs, C. de pignor. Quare Paul. de Castr. in d. l. si ita quis, §. ea lege, n. 5. ff. de verb. oblig. tenet, d. §. si habere locum & in generali hypotheca. Huius etiam opinionis est Alex. in l. qui absenti, §. fin. de acquir. possess. & hanc esse veriore opinionem testatur Ioannes Crotus in repet. d. §. Diui, n. 69. ¶ Contrariam tamen tamen sententiam, imo quod text. ille non habeat locum in generali hypotheca, videtur tenuisse Bart. in l. qui absenti, §. si quis possessionem, in fin. sui commentii, ff. de acqu. possess. ubi idem sequitur Imol. col. 3. Arsin. z. vers. extra gl. ibi, nu. 32. qui ex Alex. testatur, hanc esse communem opinionem, eam etiam tenet Bald. in l. ea lege, nu. 4. C. de condit. ob. caus. vers. quinto probatur, Alex. in l. filiosum, §. si vir in quinquennium, nu. 4. in fine, ubi id commendat, ff. solut. marim. hanc etiam testatur communem opinionem l. a. conf. 2. l. colum. 5. in fine, & iterum colum. 6. in princ. volum. 2. hanc etiam asserit communem Anton. de Fano de pignoribus, 2. parte, 1. membro, num. 5. communem esse testatur Loaz. in dict. §. Diui, num. 170. quam ceteris præstantius defendit & declarat Roderic. Suarez in dict. l. limitat. numero undecimo, dicit etiam communem plures allegans Anton. Gomez ubi supra, nu. 19. qui est videndus latissime in materia in dict. §. final. quorum auctoritas vnica ratione fulciri potest & solet, quod dispositio text. in dict. §. final. exorbitans sit a iure communi, nec proinde erit vnquam extendenda l. quod vero, ff. de legib. item ex alio communis hic intellectus sustineri possit, quod multum in iure interesse solet inter specialem & generalem hypothecam, vt exempla sunt manifestissima in l. 1. C. de necess. seru. hered. insti. iuncta l. ab eo, C. de seruo pign. dat. §. c. & in l. 2. C. de pignorib. cum alijs, & iuxta hanc opin. intelligenda sunt omnia quæ ex dict. §. final. commaniter intellecto illata sunt supra. Refert in hoc duas opinionem communes contrarias Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. conclus. 1. de pign. n. 3. & seqq. pag. 202. ubi nu. 5. fatetur, hanc vltimam videri magis communem opinionem, eamque tenet.

Penultimo t ex dicta ratione dubitandi inferitur, quod potest testator facere, ne regula Catoniana in suo testamento locum habeat: gl. in l. potest ff. de hered. insti. ubi idem tenet Bart. item Bald. qui id commendat. Imol. ibi, n. 3. gl. in l. in tempus, verb. eum capere, ad si. ff. de hered. insti. ubi etiam Bart. idem Bart. in l. ceter. §. tractari, n. 2. ff. de legat. 1. ubi Ios. n. 20. idem tenet.

Vltimo t ex supradicta ratione dubitandi inferitur ratio decidendi ad l. 5. tit. 7. lib. 5. Nonæ Recop. Regia, vbi cauerit, quod in successione majoratus, filius, vel alius descendens ex filio majori possessoris majoratus præmortuo in vita patris, præferatur filio secundodicti possessoris, præterquam si aliud sit dispositum per primum constituentem & fundatorem majoratus, quia in tali casu volomodo illa iubetur custodiiri voluntas testatoris, licet aliud lex disponat in casu illo, quando testator non disposuit, circa quam l. vltra scriptores Hispanos ibi videndus est omnino Cou. in pract. g. c. 38. qui legem illam optime legit per tres particulas: videndus est etiam legē illā latissime amplians

amplians & limitans Petr. Peralt. in rub. ff. de hered. inst. n. 122. & sequent.

61 Ex quo in t vers. 4. illud tantum referam, scilicet, quod d. l. 5. procedit nedum in majoratus successione, quo casu ipsa lex loquitur: hoc est in majoratu constituto auctoritate & licentia Regis, sed etiam in vinculis particularib. tertij & quinti, quæ homines auctoritate & licentia ordinaria legū huius Regni possunt facere, quibus permittitur, parentes posse filios, vel nepotes in tertio & quinto bonorū suorum meliorare, & in super adijcere vincula, grauamina, fidei commissa, submissiones, & substitutiones, quæ voluerint, seruata tamen forma l. 27. Taur. & inquit Peralta ubi sup. ita pronuntiatum fuisse in his terminis non semel in tribunalibus superiorib. pro nepote, atq; esse vltimum affirmat, & quod inoleuit hæc præctica, licet de iure colligatur contrarium, ex traditis per Alex. conf. 129. vol. 5. post Bart. in authen. post fratres. Scio ego de iure esse maximam controuersiam Doctorum in hoc articulo, sed quia non est presentis materie, & Petrus Peralta testificatur de præctica huius Regni in hoc, & quia nulla videtur posse congruens ratio differentie reddi inter majoratum licentia Regis stabilitum, & vincula, quæ auctoritate legū huius Regni fiunt, ideo omitto ea, quæ de iure communi Dd. in hoc articulo tradidere, reuerfus ad propositum nostræ materie, à qua digressi fuimus.

62 Illud tamen t hic inferere & examinare placuit: Quoniam iure si inuenta libera hæc testandi facultas, quæ testatorib. attribuitur? In quo videtur primo dicendum, facultatem testamentum conficiendi, & successiones, maxime ex testamento, omni respectu de iure ciuili esse, vt tenet gl. in l. ex hoc iure ff. de iustitia & iure, verb. dominia, in si. dum probat, dominium quæsitū ex sententia & testamento, esse de iure ciuili, ubi Bart. nu. 5. in si. hoc tenet, sequitur etiam Paul. de Castr. ibi, in z. le. tur. nu. 31. loquens in successione, idem tenet gl. in §. singularum. Insti. de rerum diuis. verb. iure ciuili, & gl. plenior in l. 1. ff. de acquir. rer. domin. verb. ciuitatis nostræ, hanc opinionem tenet Bart. in l. qui à latronib. ff. de testam. ibi, Perdiderunt ea, quæ sunt iuris ciuili, neque possunt facere testamentum secundum consuetudinem ipsorum, cum testamenti factio sit iuris ciuili: Idem tenet Bald. in l. si vnus, in princ. C. de testam. & in l. decernimus, C. de sacrosanct. Eccl. & in l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hered. & hanc opinionem dicit esse communem Christophorus Portius in princ. Insti. de testam. nu. 6. ubi Marcus Ant. ex sententia Christoph. n. 19. hanc appellat communem, eodem nomine dicit communem Viglius in §. sed prædicta, nu. 4. de testam. & Ioannes Oroscius in d. l. ex hoc iure, n. 24. hanc dicit communem Guilierm. Benedict. in repet. cap. Raynuius, verb. testamentum, el primero, col. 2. de testam. dicit etiam communem Barbatius in rubr. extra de testam. col. 14. ubi cum sequentibus multa allegat pro hac opinione, & articulum hunc latissime discutit Ferdinandus Vasquius, Mench. nouissime de success. creat. §. 1. vers. quoad quartum, nu. 1. cum sequentibus, ubi quatuor opiniones in hoc articulo refert, & ideo est videndus. Sed opinio hæc prima potest probari per nostrum text. in l. nemo potest, quam sic pondero. Si enim testator non potest facere, quin leges in suo testamento locum non habeant: Ergo facultas sibi concessa testamenti concedendi, eodem iure ciuili attributa est, non vero de iure naturali, quia si de iure naturali foret, superaret leges ciuiles, quia jus naturale semper est immutabile, & fortius quam jus ciuile, vt in §. sed naturalia quidem iura, Insti. de iur. natur. gent. & ciuili. cum vulg. Secundo probatur hæc opinio per l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. ubi dicitur, quod habeat vnusquisque liberam testandi facultatem, sitque liber stylus: Ergo lex ipsa ciuili præcipit & concedit liberam hanc te-

standi facultatem testatoribus in modum priuilegij. Tertio pro hac opinione facit text. in c. ius Quiritium, 1. distinct. ubi in quo agitur de legitimis hereditatibus, quem text. ad hoc allegat Corneus conf. 177. lib. 2. col. 1. Quarto probatur in l. testandi, C. de testam. ibi. A legibus certis facultas permissa est. Quinto probatur hæc opinio per textum in l. 3. ff. de testam. ubi probatur, quod testamenti factio non priuati, sed publici iuris est: Ergo ciuili, quia jus ciuile in priuatum & publicum diuisum est. Sexto probatur in princ. Insti. de test. iunct. gl. ibi, verb. accessit. Septimo probatur in l. 1. ff. de peti. hered. iuncta gl. verb. quod iure. Octauo in authen. de nupt. §. disponat. Nono est pro hac opinione pulcher text. in si. Insti. de usu & habit. ubi Imperator enumeratis ritualis, quibus de iure Gentium dominia acquiruntur, subiicit Rubricas, quibus de iure cicili dominia quærentur, vt vsucapione & testamentis. Decimo probatur per text. in l. verbis legis duodecim tabularum, ff. de verb. signific. ubi probatur, quod potestas testandi data est à lege duodecim tabularum. Vndecimo probatur hæc opinio per text. in l. lege obuenire, ff. de verb. signific. Quia lege duodecim tabularum hereditates confirmantur. Vltimo ex text. iuncta gl. verb. non habeat, in l. quidam, ff. de pænis. Et ideo dicebat Franciscus Daarenus in l. 1. §. ff. de verb. oblig. quod testamenta, vt iure Romano sunt inducta, ita lingua Romana dictabantur: allegat ad hoc tert. quam ita intelligit, in l. verbis ciuilibus, in princ. ff. de vulg. & pupillar.

63 Ex t qua communi resolutione inferitur primo, iura ciuilia merito temperasse formam testamenti, & solemnitates in scriptis & nuncupatiui, vt in hac consuetissima, in princ. & in §. per nuncupationem, C. de testam. & per totum. Insti. eod. tit. ex quibus Paul. de Castr. in d. l. hac consuetissima, in princ. cumulat tredecim solemnitates & requisita in testamentis, à quibus neque per latum vnquem licet discedere, vt in hac l. nemo potest, in l. si vnus, in princ. C. de testamentis, ubi hanc rationem ponit Bald.

64 Secundo inferitur, potuisse ex eadem radice augeri solemnitates in testamento cæci, vt in hac consuetissima C. qui testam. fac. possunt, l. 1. tit. 1. p. 6. l. 1. Taur.

65 Et minui t eadem ratione, vt inter liberos, in testamento militis, in pia causa, & in alijs casibus numeratis per gl. in d. l. hac consuetissima, in princ. C. de testam. verb. rogatis, & hodie de iure Regio hac ratione forma testamenti nuncupatiui diminuta est, vt in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. & in l. 3. Taur. hodie sunt leges 1. & 2. tit. 4. lib. 5. non. recop. Reg.

66 In qua t l. 2. pro sigillis testium, requisitis iure communi, & remissis, additus est tabellio, signumque suum, vt probat Couar. in cap. cum esles, in princ. ext. de testam. & optime D. Ant. Gom. in l. 3. n. 8. & sequent. & Cisuent. contra Castellum ibi, & contra Greg. Lop. in l. 1. tit. 1. p. 6. ad fi.

67 Tertio t inferitur, quod cum consuetudo valeat in dispositis iure ciuili, etiam corrigendo, vt in l. de quibus, ff. de legib. si rationabilis sit, vt in cap. si in si. de consuetud. posse consuetudine minui solemnitatem in testamento: text. in l. si. C. de testam. vt in testamento rusticici in iure, & in d. l. 1. tit. 4. lib. 5. ordinam. noui. probat Bart. in l. 1. C. de summa Trinitat. & fide Carhol. ubi eleganter Iaf. n. 72. cum sequentibus. & est communis opinio secundum Corneum in l. si non speciali, col. 1. Cod. de testamentis, tradit latissimo sermone Nicolauus Boerius decis. 228.

68 Quarto t similiter ab ipso iure ciuili petendi sunt, qui possunt vel non facere testamentum: & sunt vtrique plures, vt per Abb. in Rybr. extra de testam. Anchar. & alios in cap. 2. eodem tit. latius per Philippum, Francum.



in Rubric eod. tit. in 6. Quinto infertur, bene dixisse Corneum in d. l. si non speciali, ut refert Marcus Antonius in d. s. ex imperfecto, nu. 23, quod Princeps potest facere, ne aditione quaeratur hereditas, vel ne heredes repraesentent defunctum, & tandem omnes defunctus testamenti tollere, quia ista omnia sunt industria de iure ciuili.

69 Et comprobatur t̄ hęc illatio ex Paul. de Castr. in l. cum heredes facti sumus ff. de acquir. possess. ex eodem in l. 3. ff. de testam. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. vbi voluit post Bart. ibi, posse Principem legitimize spurium in praedictum venientium ab intestato, quia successio & adquisitio hereditatis, est de iure ciuili, quod Princeps tollere potest: & hęc opinio est communis secundum Curtium Iuniorum conf. 174. nu. 16. & secund. Emanuelem Costam in d. s. & quid si tantum. col. 76. nu. 175.

70 Quod t̄ procedit non solum de lata hereditate, verum adita, secundum Ias. ibi nu. 122. verum etiam post apprehensam possessionem secundum Decium in cap. qua in Ecclesiis, nu. 26. de consuet. & in cons. 498. nu. 25. & latius in cons. 698. nu. 8. ex argumento, quod de lata hereditate, & etiam adita, imo & post apprehensam possessionem, inspecta origine, hoc dominium est de iure ciuili omni respectu, quo fit, ut Princeps indistincte hoc dominium tollere possit, qui est supra omne jus positum. Sed quod possit, tollere post apprehensam possessionem, est falsum, & communiter reprobatur, ut concludit Carolus Ruynus, hanc appellans communem opinionem in d. s. & quid si tantum, in final. verbis, & ibi etiam dicit communem Lancel. Gallian. in fine, eandem dicit communem Marc. Ant. in d. s. ex imperfecto, nu. 24. quia licet modus acquirendi sit de iure ciuili iuxta communem opinionem supra dictam, dominium tamen iam quaesitum, est de iure gentium: quia ratione idem ipse censo dicendum in hereditate iam adita aduersus Ias. quia aditione hereditatis dominium ad nos transit, sola possessio requirit apprehensionem, ut in d. l. cum heredes in princ.

71 Et Princeps t̄ non potest tollere ea, quae sunt juris gentium, nisi cum causa legitima, ut in l. final. & ibi gloss. & doctor. Cod. si contrarius vel utilitat. public. & est communis opinio doctorum ibi secundum Marant. de ordin. iudic. 3. part. princ. numer. 4. in medio, & tenet Bartol. in proemio, ff. veteris, nu. 6. vbi soluit maximam difficultatem, & testatur communem opinionem Felin. in d. c. que in Ecclesiis, nu. 25. de consuet. & etiam dicit veriorum Ioan. Oroscius in l. Princeps legibus, nu. 17. ff. de legibus, & testatur communem Antonius Gomez in l. 40. Taur. nu. 89. & constituit regulam cum ampliatione & salientis Bernard. Diaz. de Lugo in regul. 209. incip. Dominium rei meae, fol. 99. ad finem, & videndus est late de hoc Math. de Afflic. decisio. Neapol. 361. nu. 4. & sequitur vbi nu. 29. & 30. tenet, t̄ quod si Princeps aufert alicui rem suam ex causa, cessante illa causa, debet sibi fieri restitutio: approbatur communis opinio supradicta in l. 2. tit. 1. part. 2. in vers. otro si de zimos.

72 Et quando Princeps aufert alicui cum causa rem suam, intelligi debet soluto pretio, ut probat text. in litem si verberatum, §. 1. vers. item si forte, ff. de rei vend. ibi Modico honoris gratia possessori dato, De cuius versiculi intellectus videndus est omnino Arias Pinel. in Regr. C. de rescind. vend. in 1. part. cap. 2. nu. 14. probat etiam text. in l. 2. C. quibus ex causis serui pro praenio libertatem accipiant, & tenet gl. in l. fin. C. eod. tit. & est similis gloss. in l. Barbarius Philippus, verb. multo magis, ff. de offic. praet. & haec est approbata traditio secundum Io. Orosc. in d. l. Princeps legibus, nu. 21. Et licet gloss. in l. si totus, verb. praetere debet, ff. quemadmodum seru. amit. dicat seruari con-

trarium: tamen hęc opinio communis gl. approbata est in d. l. 2. tit. 1. part. 2. in vers. Et si por auentura, vbi dicitur, que le deus dar buen cambio, que vala tanto, o mas, de quisa que el sinque pagado a vista de homes buenos, & in l. 31. tit. 18. part. 3. quare merito opinionem gl. iure Regio approbatam dixit dominus meus don Ant. in l. per agrum, nu. 14. C. de seruit. & ag. Quod t̄ procedit, 74 etiam causa, ob quam aufertur res alicui, sic iustissima, ut colligitur ex gl. in d. l. Barbarius, & tradit plures allegans Arias Pinel. vbi supra, circa quarum legum & communis opinionis limitationem videndi sunt Io. Orosc. vbi supra, & Greg. Lop. in dictis legib. & Ang. in d. litem si verberatum, §. 1. & Petr. Duen. in reg. 43. fall. 5. & idem Greg. Lop. in l. 53. tit. 5. part. 5. in gl. El Rey. Ergo cum hęc ita se habeant non poterit quidem Princeps legitimize spurium in praedictum venientium ab intestato qui iam adierunt hereditatem, & per aditionem effecti sunt iam domini, cu huiusmodi dominium sit de iure gentium, postquam est acquisitum, ut in l. hoc iure, ff. de inst. & iur. & dato, quod ex causa legitima id possit, iuxta supradicta, intelligi debet soluto bono cambio, iuxta suprad. communem opinionem glossarū & legum Pro quo etiam bene facit gl. illa 76 dicemus in l. s. veteris, gl. 4. at post aditam, ff. de acquir. possess. que habet & probat, quod hereditas postquam est adita, amplius non dicitur hereditas, sed propriū patrimonium heredis: Pro quo est text. melior juris in §. 1. Instit. de hered. qual. & different. Ergo minime poterit Princeps in praedictum iuris & dominij que sit heredi per aditionem spurij legitimize, & ideo residueo in hac opinione contra Ias. & si qui alij sequaces, saluo meliori iudicio. Quae mea sententia est etiam communis, ut resoluimus in repetitione §. 1. in nu. 19. de hered. qual. & differ. Quinimo verius est, Principē sine causa publica non posse derogare iuri, etiam quaerendo, vocatorum ad successorem majoratus, post acceptationem saltem primi vocati, quia nomine totius familie videtur facta, ut probat D. Molin. lib. 4. de Hispan. primog. c. 2. nu. 75. vers. in secund. cas. Non enim rescindi debet testamentū iure factum auctoritate Regij rescripti, si heres sit capax, l. test. C. de testam. l. si donationem, C. de reuoc. donat. melior text. iuncta gl. verb. formam, in auct. de nuptijs, §. disponat. collat. 4. & in terminis ita tenet Paul. de Cast. cons. 164. incip. In causa maioratus Hispan. nu. 5. lib. 2. & latissime probat Didac. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 6. nu. 5. cum sequentibus. Estque communis sententia secund. Mench. de successio. creatione, §. 1. nu. 29. vbi plures allegat: probat etiam latissime Burgos de Paz in proem. l. Taur. nu. 327. & plurimos referens D. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. cap. 8. nu. 31. vbi quod nedum procedit in majoratu absque Principis facultate instituto: sed etiam in eo, qui virtute Regiae facultatis conditus est Quod latius idem probat lib. 4. c. 3. nu. 10. in vers. sed his non obstantibus, cum nu. sequent. Eandem communem sequitur idem Molin. lib. 3. cap. 1. nu. 11. cum segg. iuncto nu. 20. cum sequent. & latissime Pelaez. de maiorat. 1. p. in iusio. 55. cum sequent. Quod autem idem Molin. lib. 1. cap. 8. nu. 34. in contrarium simpliciter dixisse videtur, intelligendum esse oportet, quando Regia facultas ex causa publica fuit concessa, iuxta resolutionem eiusdem auctoris: & soluto bono cambio, ut diximus supra numero septuagesimo tertio, & 74. & tenet Molin. vbi supra.

Sexto, ex t̄ supra dicta communi opinione infer- 77 tur merito testamentum, in quo solemnia deficiunt, pro non facto haberi, ut in l. hoc consultiissima, in fi. princ. Cod. de testamentis, & in §. ex eodem, Instit. quibus modis testament. infirm. & in l. subemus, Cod. de testament. & in l. si vo-

si veritas, C. de fideicom. quae iura manifeste probant, testamentum esse de iure ciuili, ut notat per eadem iura Petrus Paulus Parisiens. cons. 19. lib. 3. col. 2. & Dominicus de Soto de iustitia & iure, lib. 4. quast. 5. artic. 3. col. 4. probans ex eis, idem esse in conscientia, quod in foro contentioso. Ex quo t̄ dicit Bald. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. col. 4. ex testamento minus solemnī non oriri obligationem ciuilem, neque naturalem, quia totum hoc, quod est testamentum, pendet a iure ciuili secundum formam & eius originem: sequitur ex eodem fundamento Ias. inter dum, ff. de condit. indeb. probat etiam Petrus Loriotus de apicibus iuris, tractat. 11. cap. 22. & Couar. in cap. cum esset, nu. 10. extra de testam. vbi ex hoc multa inferit. De quo articulo, an scilicet vlla obligatio naturalis oriatur ex testamento minus solemnī, dicemus nos latius infra in hac repetitione, nu. 457. & sequent.

79 Sed contrariam opinionem in articulo principali tenet Barr. in l. inter dum, nu. 6. ff. de condit. indeb. dicens, quod facultas testandi, licet quoad formam & solemnitate sit de iure ciuili, tamen quoad originem & substantiam, est de iure gentium & naturali: idem voluit Barr. in Rubrica ff. de acquir. hered. dicens, pluribus locis sacrae Scripturae hoc probari, maxime Genes. 13. & 27. & Levit. cap. 25. ibi, Hereditario iure transmittetis ad posteros, & alibi sapissime, ut per Barbat. in Rubrica, extra de testam. col. 5. & 30. & per Guilielm. Benedic. in verb. testam. el. 1. col. 2. & Fortun. Gar. lata in d. s. & quid si tantum, col. 113. nu. 288. contendens, hoc esse de iure gentium & naturali: Nam Sancti illi Patres veteris testamenti solo iure gentium naturali utebantur, probaturque etiam hoc ex Diogene Laertio lib. 5. de vitis Philosophorum, vbi refert, testamentum fecisse Aristotelem, & Theophrastum, & aliquos Philosophos, qui non utebantur legibus Romanis, & in lib. 4. refert tertium testamentum Archelisiai, qui non habuit uxorem, neque filios, his verbis: Agroteo, & corpore non recte valeo, testamentum conficere volo, ut si quid contingat inopinatum, sine tua iniuria proficiat: Licet hoc argumentum non concludat, quia Solen primus legem de testamentis condidit, ut est auctor Plutarchus in eius vita, & probat hanc opinionem Corafius in l. filium quem habentem, in princ. C. famul. heretic. cund. Traquelus in l. si vnquam, verbo libertis, nu. 89. C. de reuocand. donat. quae solutio pro prima communi est Ioannis de Monte Sferilo praecceptoris Cornei, in l. si testamentum, in princ. C. de testamentis, & hanc legem Solonis sequuti sunt isti Philosophi, & a qua lege Graecorum leges duodecim tabularum hoc sumpserunt. Nihilominus tamen hęc secunda opinio Barr. vt verior est, ita & magis communis secundum Fulgos. in d. l. ex hoc iure, ff. de iniustitia & iure, vbi Ioannes Oroscius plures allegans nu. 24. hanc dicit communem & magis communem appellat Viglius in §. sed predicta, nu. 4. Instit. de testamentis, & Corneus in dicta l. testamentum, & Barbarius in dicta Rubrica, col. 14. tamen t̄ contendat contrarium esse verum: Hanc appellat communem Hippolytus Riminaldus, in principio, Instit. de donation. numero 184. dicens ex sententia Contrarii in l. si testamento, Cod. de impuber. & alijs, toto caelo errare tenentes contrarium, apud quos late probatur hęc communis, praecipue per Menchacam vbi supra: hanc etiam opinionem simpliciter tenet nonnullos referens Antonius Gomez in l. 3. Tauri, in principio, & quod successio filiorum sit de iure naturali, tenet Paulus de Castro in l. 1. §. naturale, nu. 4. ff. de iustitia & iur. Hanc secundam opinionem dicit communem Ias. in repet. l. admonendi, numeri 71. in secund. a columna, illius numeri, ff. de iureiurand. & hanc testature esse communem resolutionem

cum Bartol. in d. l. inter dum, Peralta in Rubrica, ff. de heredibus, institut. numero 119. ad finem, & sequentibus. Ex t̄ qua communi resolutione inferitur, ex testamento minus solemnī de iure ciuili, perfectio autem de iure gentium vel naturali, oriri naturalem obligationem, ut infra latissime dicemus Deo duce, ea nempe ratione, quia testamenti factio, quoad originem, est iuris gentium, nec potuit quoad hoc iure ciuili infirmari. In tantum, t̄ quod dicat Couarru. lib. 3. variar. resolutio. cap. 6. nu. 7. non posse Principem de plenitudine suae potestatis tollere hanc facultatem testandi hominibus sine causa, quia competit iure gentium, vbi concludit, quod ista est communis conclusio, & ad iura & rationes pro prima opinione principali supra adducta, potest responderi, vt procedant quoad formam & solemnitate, secus vero quoad originem & substantiam, vt est dictum.

Hoc articulo principali sic discussio & examinato, vterius procedendo in materia huius legis addendum est, quod nemo praeter Papam potest alterare voluntates testatorum, Clem. quia contingit, de religiosis donibus. Quae t̄ quidem alteratio fit à Papa ex plenitudine potestatis, non vero ex potestate ordinaria, ita Bald. eleganter in l. si testamentum, C. de testam. Adde quod commutatio vltimae voluntatis non nisi ex iusta causa & necessaria fieri debet, & prins. quam exsequatur, Episcopus tanquam delegatus sedis Apostolicae, summarie & extrajudicialiter debet cognoscere, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate, fuisse narratum, vt cauetur hodie in sacro Concilio Tridentino, Sessio. 22. in decreto de reformatione, cap. 6. fol. 151. Ex quibus omnibus, quae huc vsque dicta sunt, apparet manifestissime, quanta sit potestas testatorum in disponendo de rebus suis, quae non obfunt conclusioni nostri textus, jam supra deductae propter rationes decidendi, supra etiam positae & assignatae.

Primo, t̄ conclusio nostri text. ampliatur, vt habeat locum in edicto Praetoris, quia testator non potest disponere, ne edictum Praetoris in suo testamento locum habeat l. si quis inquilinos, §. si quis scripserit, ff. de legat. 1.

Secundo ampliatur, t̄ vt etiam habeat locum in consuetudine, quia testator non potest disponere contra legitimam consuetudinem, dicendo, velle se ipsam non habere locum in suo testamento: Ita Ioannes Faber eleganter in §. finali, ad finem, nu. 4. Instit. de legat. pro quo faciunt optime text. in §. ex non scripto, Instit. de iure natur. gent. & ciuili, & in principio Instit. de officio iudicis, l. de quibus, ibi, Inueterata, & c. ff. de legibus, l. 2. C. que sit longa consuetudo, l. 1. §. denique, ff. de aqua pluui. arcend. ibi, Vetustas em vitem legis tenere.

Ex quo t̄ infert eleganter Baldus in authent. iube mus, nu. 2. Cod. de iudic. quod iudex, qui iudicat contra consuetudinem, ita facit litem suam, sicut qui iudicat contra jus: & sequitur Ias. in d. l. de quibus, nu. 7. ff. de legib.

Tertio ampliatur, t̄ vt non solum testator non possit disponere contra leges, sed etiam nec possit in suo testamento aliquid praecipere, quod humanitati & ciuilibus moribus obuiet: text. est in l. quidam, in suo, ff. de condit. institut. vbi testator non potest disponere, quod reliqua ipsius in mare euertantur: circa quem text. sunt omnino videndi Boerius decis. 287. nu. 5. Cassiodorus in catalogo glossarum, secunda parte, considerationes.

Quarto, t̄ eleganter ampliatur, vt si quis Principis privilegio testetur, adhuc tamē nō potest facere, quin